



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Quam sit homo præsidiis ad bonum destitutus in sæculo. Cap. ix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

inuitantibus, & rogantibus, agrestis hominis esset non condescendere, & si connueas, difficile admodum est gula, & ventri non indulgere. Si pudicitia ac castitatis munditatem optabas, ingerit oculis puerarum formas, mulierum pulchritudinem, quam vides, quam cogitatione volvas, cuius igne emolitus in prava desideria dissoluiat, & telo illicita delectationis confixus interreas. Si charitatis iura seruare decreuerat, & nihil Deo ingratus, aut proximo aduersum committere sollicititudinem ventis conceptum ignem extingue curat, & malorum iniurias tibi illatis à proximorum amore seiuengere: patientiam rebus aduersis impedit, iustitiam amore rerum terrenarum impugnat, & breuiter, quamcumque virtutem uti oppositi vitij, & magnitudine occasionum elidit.

Sed orationis, aut sanctæ lectionis praesidio voluntati tuam mentem manire, & ad cōcepta desideria reuocare, tunc negat locum quietum, & sequestratum, in quo deberes lectioni, aut oratione vacare. Vel saltem tot impuris cogitationibus, tot vanis recordationibus, tot superfluis rerum agēdarum curis animam turbat, vt suauitatem nullā, & vix aliquem fructum ex occupatione tam vtili valeas percipere.

Tandem, tam difficile est in saeculo vestem innocentiae, & virtutis seruare, quām inter flamas ignis non vti, inter animalia venenata non infici, inter cuaneos hostium inemem non laudi, & in mediis fluctibus, & maris levigatis procellis nullum motum, neq; agitationem sentire. Quis enim (vt inquit Ambrosius) inter tot passiones huius corporis, inter tantas illecebras huius saeculi, etutum atq; intemeratum seruare potest vestigium? Respxit oculus, & sensum mentis euerit, audiuit auris, & intentionem inflexit, inhalavit odor, & cogitationem impediuit, os libauit, & crimen reddidit: tactus cōtigit, & ignem adoleuit. Intrauit mors per fenestrās (dixit Propheta,) Fenestra tua est oculus tuus; si videris mulierem ad concupiscendum, intrauit mors; si audias sermones meretricis, intrauit mors; si luxuria sensus tuos capiat, penetrauit mors.] Simile omnino scriptis Bernardus. Mundus (ait) circumcinctus, & obuidet me vnde, & per quinque portas, videlicet per quinque corporis sensus, scilicet, visum, auditum, gustum, odoratum, & tactū sagittis suis me vulnerat, & mors intrat per fenestrās meas in animam meam. Respicit oculus, & mentis sensum auerit; audit auris, & intentionem cordis inflebit; odoratus cogitationem impedit; loquitur, & fallit, per tactū ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitatur, & nisi illuc respuat, subito totum corpus occupat, vrit, & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat, deinde delectatione turpi mentem maculat, & ad extremum per consensum prauitatis sibi mentem subiugat.

Vides ergo, ô homo, quām difficile sit in saeculo, non dico iā pānis virtutum inuolui: sed hos pānos (si aliquādo eos cōparasti) non perdere & integros, atque illibatos seruare: sicut enim infantes recenternati, & in terra proiecti, soliq; & sine custodia relitti, mille exponuntur periculis, non solum, vt bestia aliqua eoru pānos discerpat, sed vt canis illos mordet, sus laceret, aut equus conculceret: ita & tu iactatus super faciem mudi huius expositus eras, vt tria, qua numerat Apostolus Ioannes te mundi mala disperderent, nempe, vt cōcupiscentia carnis proclineret, cōcupiscentia oculorum disrumperet, & superbia vite contereret. Paratus eras, nō quidem, vt te pia nutrix, congregatio bonorum atolleret, quā infantili imbecillitate sapientiæ lācte, & piarū actione-

A num micis educaret, sed vt mulier illa circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, quā (auctore Richardo Victoriensi) est multitudine malorum, suo gremio suscipere & poculo aureo pleno abominationis, & immunditia fornicationis, te potaret, quo inebriatuſ, neque tuam nuditatem, & paupertatem agnosceres, neque iniquitatum præcipita timeres. Non habuisti ergo in terra Chanaan, in mundo patria tua, neque qui te sale sapientiæ saliret, nec qui pannis virtutum, & bonarum actionum obuolueret.

*Apoc. 17.
Richar.
in Apoc.e.
9.*

*Quām sit homo praesidius ad bonum
destitutus in saeculo.*

C A P V T I X.

EX his quām diximus satis aperte conspicitur quām sit homo in saeculo omnibus adiumentis ad bene, sancteque viuedum desertus, ac destitutus. Licet enim multa auxilia ad studiosam vitam sanctam percipiāt, vt sunt sacramenta, exhortationes ministrorum Dei, inspirationes internæ, exempla aliquorum bonorum, qui tamquam lucernæ ardentes lucent in caliginoso loco, & alia huius generis: tamen hæc non mundus suppeditat, sed Deus misericordia commotus offert mundo, ne funditus pereat. Vide Augustinus opimè. Malum desertum (& quidem de mundo loquitor) horribile, & timendum, & tamen Deus misericordia est nostri, & fecit nobis viam in deserto, ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, & fecit nobis consolationem in deserto mittendo ad nos predicatores verbi sui, & dedit nobis aquam in deserto, implens Spiritu sancto prædicatores suos, vt fieret in eis fons aquæ salientis in vitam aeternam. Et ecce habemus hic omnia, sed non sunt de deserto: Ergo proprietatem deserti prius comendauit Psalmus, vt & cum audies, in quo malo es, si quas hic habere posses consolationes, vel sociorum, vel viae, vel aquæ, nō tribueres deserto, sed illi qui te visitare dignat, et in deserto.]

*Aug. in
Psal. 62.
hom. 8.*

CD Intrauit mors per fenestrās (dixit Propheta,) Fenestra tua est oculus tuus; si videris mulierem ad concupiscendum, intrauit mors; si audias sermones meretricis, intrauit mors; si luxuria sensus tuos capiat, penetrauit mors.] Simile omnino scriptis Bernardus. Mundus (ait) circumcinctus, & obuidet me vnde, & per quinque portas, videlicet per quinque corporis sensus, scilicet, visum, auditum, gustum, odoratum, & tactū sagittis suis me vulnerat, & mors intrat per fenestrās meas in animam meam. Respicit oculus, & mentis sensum auerit; audit auris, & intentionem cordis inflebit; odoratus cogitationem impedit; loquitur, & fallit, per tactū ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitatur, & nisi illuc respuat, subito totum corpus occupat, vrit, & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat, deinde delectatione turpi mentem maculat, & ad extremum per consensum prauitatis sibi mentem subiugat.

DE Vides ergo, ô homo, quām difficile sit in saeculo, non dico iā pānis virtutum inuolui: sed hos pānos (si aliquādo eos cōparasti) non perdere & integros, atque illibatos seruare: sicut enim infantes recenternati, & in terra proiecti, soliq; & sine custodia relitti, mille exponuntur periculis, non solum, vt bestia aliqua eoru pānos discerpat, sed vt canis illos mordet, sus laceret, aut equus conculceret: ita & tu iactatus super faciem mudi huius expositus eras, vt tria, qua numerat Apostolus Ioannes te mundi mala disperderent, nempe, vt cōcupiscentia carnis proclineret, cōcupiscentia oculorum disrumperet, & superbia vite contereret. Paratus eras, nō quidem, vt te pia nutrix, congregatio bonorum atolleret, quā infantili imbecillitate sapientiæ lācte, & piarū actione-

*Hebre. 4.
12.*

Sap. 2.12.

59

Psal. 57.5. 6. mores pessimos deserunt. Aures internas obturant, ne audiant sapientiam, ad similitudinem aspidis surdae, & obturantis aures suas, quae non exaudiet vocem incantantium, & beneficium incantantis sapienter.] Vel si se audiuisse, & intellexisse, dissimilare non possunt: tunc verba praedicationis irrident, & tanquam amentes indignantur in medicum. Peruersa quippe mens (vt Gregorius ait) quando per increpatiōnēm corripitur, aut per praedicationis dulcediōnē bona suadentur, de correptione fit deterior: Et inde in murmuratio[n]is iniquitate succendunt, vnde debuit in iniquitate compesci.] Hæc ergo bona tam magna, & tam pretiosa, que in cor mundanum ingressa, solent proprio labore, & virtute priuari, contra dubium non sunt bona mundi: sed aliunde mundū illata, & in eius utilitatē adducta. Atque adeò mundani in sacerculo, quantum est ex ratione loci, in quo degunt, valde sunt præsidii ad bonum delittū. Quod Dominus, sequentibus verbis in aures animā sacerularis instillat, dicens: Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi unum de his, miseras tui.] Id est, cùm patria tua, & natale solum, in quo nata es, sit terra Chanaan, sacerculo istud infelix, & miser non fuit in eo, qui te oculis misericordia respiceret, non fuit qui tui miserareretur, vel aliqua ueste congereret, vel mala, que imminebant, propelleret, aut te à tantis periculis liberaret.

Sed quare mundus caret his bonis ad studiosam vitam colandam necessariis? Quare illa sibi nō comparat, nēc in vsum habitatorum suorum inquirit? Certe, quia suapte natura desertum est quoddam in cultū, & vasta, atque sterili solitudo, cui repugnat, hæc bona, vt propria, & sibi debita possidere, quia si ea tamquam propria haberet, iam solitudo, & desertum non esset.

Mūdus est illud desertum, cuius gratia dedit Dominus vehementissimo imbris cursum (vt est apud Iob) & viam sonantis tonitrui, vt plueret super terram absque homine, in deserto, vbi nullus mortaliū commoratur. Ut impleret inianam, & desolatā, & produceat herbas virentes.] Imber enim vehementissimus, & sonans tonitruum, nihil aliud est, quam prædicatio euangelica, qua in star imbris, corda hominum rigat, & in star tonitrui mentes impiorum exterret. Desertum autem sunt mundani homines, mundi, aut sacerculo nomine signati, quos Deus verbo praedicationis rigat, si forte compungantur, & desideria virtutis concipiunt. Vnde Gregorius. Sunt plerique ad verba Dei valde insensibiles, qui fidei quidem nomine consentur, verba vita auribus audiunt, sed ea transire visque ad interna cordis, minime permittunt. Hi quid aliud, quam deserta terra sunt? Quæ scilicet terra hominem non habet, quia eorum mens sensu rationis caret. Et nullus mortaliū in hac terra commoratur, quia & si quando in eorum conscientia rationabilium sensuum cogitationes veniunt, non persistunt. Praua enim desideria in eorum cordibus sedem inueniunt, recta vero, si quando venerint, ac si impellatur, decurrunt.] Mundum etiam Dominus desertum vocat per Ieremiā, dicens: Visitabo super omnem, qui circumcidū habet præputium, & super omnes, qui attoniti sunt in comam, habitantes in deserto, quia omnes gentes habent præputium, omnis autem dominus Israēl in circuncisī sunt corde.] Qui namque sunt isti attoniti in coham, nisi gentes? (vt inquit Hieronymus) quæ desertum, id est, mundum inhabitant, & præputium non refecant, quia prauos affectus fouent, neq; inordinata desideria mortificant. Et apud Oseam: Quasi viuas in deserto inueni Israēl, quasi prima poma fi culnea in cacumine eius vidi patres eorum. Quod dictum est, quia Dominus in solitudine seculi, & vidit Apostolos Ecclesiæ patres, & inuenit spiritualē Israēl, id est, fidelem populi à patribus illis progenitum, quem quasi primum, & suauissimum frumentum in mensa sua ponendum elegit.

Meritò autem deserti nomine mundus significatus est, quoniam desertum, vt ipsum nō sonat, locus est inhabilitatis, & solitarius, incohōmodis multis refertus, & omnibus bonis destitutus. Desertum locus est infūctuosus, spinis, & vepribus plenus, astibus, ac solis ardoribus patens, bestiarum immanium latibulum, in iuvi, & in aquosus, solo aspectu metum & horrorem incutens. Quæ omnia profecto quadrant in sacerculo. Vnde non mirum si in eo non pepercit super nos oculus, vt unum saltē supra dictorum beneficiorum nobis præstaret.

Quis credat mūdum esse locum homini inhabitablem, cùm à tot populis gentibus, & nationibus habiteatur? Verum si rem istam, non sensus, sed ratio nō oculis expendamus, aperte comprehendamus, hominibus, id est, iis, qui more hominum ratione, & diuina lege regantur, esse admodum vacuum, atque desertum: ac proinde cum, qui virtutem sectari velit in mundo, esse solitaginum, & homini adiumentis destitutum. Adam in sua creationis initio animalibus, & volatilibus cōspicatus solus esse dicitur. Quare Dominus: Non est bonus (inquit) hominem esse solum, faciamus ei adiutoriū simile sibi.] Nam vbi nō est natura consimilis, neque eadē institutiō, & ratio viuēdi, nō potest esse societas. Mundani autē homines sunt tamquam fera animalia, quæ sensu, & de fideiis naturæ, non ratione, & imperio virtutis gubernantur, locus igitur & habitatio eorum viro cultori virtutis solitarius est, & magna ex causa deserto comparatus. Quod vt ita esse nobis persuaderemus, non femele Dominus in Scripturis factis, huiusmodi homines per animalia designat, & bestias immanes appellat. Et facies homines (inquit propheta quidam) sicut pisces matis, & quasi reptile nō habens principem.] Peccatores namque pilicibus sunt similes, nam sicut isti fecunditate maxima pollent, & voce carēt, ita & illi secundū sunt, & alios sibi similes gignunt: dum ad suas nequitias trahunt. Sunt etiam muti, & orationis verbo carentes, quo Dominum vt se à tantis malis eripiat inuocare debuissent. Meritò etiam reptilibus comparantur, quia sola terrena suspirant: secundum illud Pauli: Quorum Deus ventre est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapient. (Per terram autem reperire, id est, terrena sola querere, & concupiscere, non est hominum (vt ait Isaychius) quibus concessum est, vt recti incedat, ecclēsiisque suspiciant. Erit ergo reptilium, quæ Dominus detestatur. Nā omne quod reptat super terram (inquit) abominabile erit, non asumerit in cibum.) Et rufus alias ex his, qui Spiritu Dei acti sunt, ita dixit: Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omnium iumentorum, quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc.]

In his animalibus peccatores debemus accipere. Nam grandis re vera fortitudo (ait Hieronymus) vt corruant in castris hostium equi, & muli, cameli, & asini, & omnia iumenta eorum, sicut & homines conquerunt. Magnus triumphus, gloriosa victoria, bruta animalia, Deo pugnante, superari. Per equos ergo Zacharias adulteros, & fornicarios intelligit, qui (vt inquit Ieremias) Equi amatores in fæminas, & emissari facti sūt, vniusquisque ad vxorem proximi sui hinnebat.] In mulis illos designat, qui munditiem carnis seruantur. Spiritu impudici sunt, & forditidē sedantur cogitationibus. Cameli, qui

Psal. 57.5.

6.

Greg. lib.
1. in Eze-
ch. om. 9.Ezech.
16.5.Iob. 3.5.
2.5.Greg. 29.
morc. 14.Ierom. 9.
2.6.

Hierony.

Osea 9.
10.

A culnea in cacumine eius vidi patres eorum. Quod dictum est, quia Dominus in solitudine seculi, & vidit Apostolos Ecclesiæ patres, & inuenit spiritualē Israēl, id est, fidelem populi à patribus illis progenitum, quem quasi primum, & suauissimum frumentum in mensa sua ponendum elegit.

B Meritò autem deserti nomine mundus significatus est, quoniam desertum, vt ipsum nō sonat, locus est inhabilitatis, & solitarius, incohōmodis multis refertus, & omnibus bonis destitutus. Desertum locus est infūctuosus, spinis, & vepribus plenus, astibus, ac solis ardoribus patens, bestiarum immanium latibulum, in iuvi, & in aquosus, solo aspectu metum & horrorem incutens. Quæ omnia profecto quadrant in sacerculo. Vnde non mirum si in eo non pepercit super nos oculus, vt unum saltē supra dictorum beneficiorum nobis præstaret.

C Quis credat mūdum esse locum homini inhabitablem, cùm à tot populis gentibus, & nationibus habiteatur? Verum si rem istam, non sensus, sed ratio nō oculis expendamus, aperte comprehendamus, hominibus, id est, iis, qui more hominum ratione, & diuina lege regantur, esse admodum vacuum, atque desertum: ac proinde cum, qui virtutem sectari velit in mundo, esse solitaginum, & homini adiumentis destitutum. Adam in sua creationis initio animalibus, & volatilibus cōspicatus solus esse dicitur. Quare Dominus: Non est bonus (inquit) hominem esse solum, faciamus ei adiutoriū simile sibi.] Nam vbi nō est natura consimilis, neque eadē institutiō, & ratio viuēdi, nō potest esse societas. Mundani autē homines sunt tamquam fera animalia, quæ sensu, & de fideiis naturæ, non ratione, & imperio virtutis gubernantur, locus igitur & habitatio eorum viro cultori virtutis solitarius est, & magna ex causa deserto comparatus. Quod vt ita esse nobis persuaderemus, non femele Dominus in Scripturis factis, huiusmodi homines per animalia designat, & bestias immanes appellat. Et facies homines (inquit propheta quidam) sicut pisces matis, & quasi reptile nō habens principem.] Peccatores namque pilicibus sunt similes, nam sicut isti fecunditate maxima pollent, & voce carēt, ita & illi secundū sunt, & alios sibi similes gignunt: dum ad suas nequitias trahunt. Sunt etiam muti, & orationis verbo carentes, quo Dominum vt se à tantis malis eripiat inuocare debuissent. Meritò etiam reptilibus comparantur, quia sola terrena suspirant: secundum illud Pauli: Quorum Deus ventre est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapient. (Per terram autem reperire, id est, terrena sola querere, & concupiscere, non est hominum (vt ait Isaychius) quibus concessum est, vt recti incedat, ecclēsiisque suspiciant. Erit ergo reptilium, quæ Dominus detestatur. Nā omne quod reptat super terram (inquit) abominabile erit, non asumerit in cibum.) Et rufus alias ex his, qui Spiritu Dei acti sunt, ita dixit: Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omnium iumentorum, quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc.]

Genes. 2.
1.8.Malac. 1.
3.

Philipp. 3.

Izch. ser.
6.11.Leuit. 11.
41.Zach. 14.
15.

Hieron. ii.

Ierom. 5.
8.

D E In animalibus peccatores debemus accipere. Nam grandis re vera fortitudo (ait Hieronymus) vt corruant in castris hostium equi, & muli, cameli, & asini, & omnia iumenta eorum, sicut & homines conquerunt. Magnus triumphus, gloriosa victoria, bruta animalia, Deo pugnante, superari. Per equos ergo Zacharias adulteros, & fornicarios intelligit, qui (vt inquit Ieremias) Equi amatores in fæminas, & emissari facti sūt, vniusquisque ad vxorem proximi sui hinnebat.] In mulis illos designat, qui munditiem carnis seruantur. Spiritu impudici sunt, & forditidē sedantur cogitationibus. Cameli, qui

rum

Matth. 6.
24.

tumant, & vngulam non findunt, magna onera portant, & ad illa suscipienda seiplos inclinant, illi sunt qui contra illud Domini decretum: Nemo potest duobus dominis seruire.] Deo seruiunt & mammonæ, & lieet in primo appareant mundi, in secundo inuenient immundi. Hi non solum iugū Christi suae, & onus leue, sed importabilia mundi onera portant, quibus non inuiti, sed voluntarij se, libenterque submitunt. Afini sunt insipientes, qui vt terrenis deliciis, ac voluptatibus fruantur, æterna non vident, nec coelestia considerant. Iumenta verò illos signant, quorum vires robusta sunt innumerabiles labores corporis, & animi molestias perfrendas, vt sue voluntati satisfaciant, & honorem, aut opes, aut voluptates concupitas arripiant.

Addamus & alium prophetam, vt in ore duorum, vel trium testium sit omne verbum. Sophonias enim ait: Et accubabant in medio eius greges, omnes bestiæ gentium, & onocrotalus, & ericus in liminis eius morabuntur, vox cantatis in fenestra, corus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius.] Accubant sanè in medio eius, id est, in medio mundi (vt Hieronymus, alias expositiones non responsum interpretatur) greges, ij scilicet, qui ac si essent rationis expertes, iniquos suos principes tamquam duces, & pastores sequuntur, & ne voluntati eorum contradicant, Dei iussa, & mandata conculant. Bestia dentium, nimirum homines tamquam bestiæ vitam agentes, qui sola præsentia, & sensibilitate conspicunt. Onocrotali, id est, gulosi & voraces. Erici, iracundi, & rapinæ, ac cadibus seruientes, qui omnes secum conuerfantes eruant, & vulnerant. Auiculae, animæ leues, & instabiles, putantes omne licere quod liber. Et tandem corui, qui peccandi consuetudine delectati, ita malitiæ nigredinem contraxerunt, vt valde difficile sit colorem mutare, & ad innocentia candorem conuerti. Hæc omnia quæ diximus confirmat sententia Chrysostomi. Homo (inquit) mansuetum animal, & benignum, contraria sua nature facit, & negligenter mores suos in ferinos vertit. Idcirco, & diuina Scriptura propter affectiones illas interturbantes ab irrationalibus, & à feris agnominaciones, his, qui ratione insigniti sunt, imponit. Interdum canes ob impudentiam, & impetum vocat, dicens: Canes muti, non valentes latrare. Interdum ob libidinem, equos; Nam equi in fæminam infaniæ, vñusquisque vxori proximi sui adhinciebat. Interdum vero almos, ob stupiditatem, & ruditatem. Cöparatus est enim (inquit Scriptura) iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Interdum etiam leones, & pardos vocat ob rapacitatem, & habendi auditatem. Aliquando autem aspides, ob fraudulentiam. Venenum (inquit) aspidum sub labiis eorum. Nonnumquam serpentes, & viperæ, ob latens venomum, & malitiam, sicut & Beatus Ioannes clamabat, dicens: Serpentes progenies viperarum, quis vobis demonstravit fugere à ventura ita? Insuper & alia affectionibus respödentia nomina imponit, vt sic vel tandem confusi ad suam aliquando redeant nobilitatem, & suo generi confederentur, affectionibusque suis diuinæ leges præferant, quibus se se delinquendo permiserunt.

Talibus hominibus figura, & bestiis immanibus vita, putas ne tu, homo, virtutis amator, quia comitatus incedis? An existimas te habere in his, quos sequaris & imiteris? An habes aliquem, qui faciat tibi vnum ex his ad bonam vitam necessariis, misericordia tua? Quinimò his circundatus es, quorum exemplis, & verbis ad extremam paupertatem, & ignominiam, tandemque ad misertim mortem traharis.

A Nam luxuriosus, non te castitatem, sed libidinem, & intemperiam docebit: superbus non in modestiam, & humilitatem, sed in superbiam, & arrogiam inducit: Diuitiarum cupidus, non vt opes tuas effundas in pauperes, sed vt alienas iniuste surripias persuadebit: & virtus deditus, non ad virtutes collendas, sed ad seculana monstra vitorum excitabit. Grata igitur diuini Spiritus in te effusa est, & quidem magna & preiosa, cum te Christus ad religionem vocauit, & potenti inspiratione permouit, vt deserum mundi relinqueres, & illos desereres quorum societas periculosa, doctrina fallax, & imitatio mortifera est. Pulchre enim dixit Ambrosius, Deserto mundus hic comparari videtur, adhuc incultus, adhuc sterilis, adhuc infocidus; in quem negat nobis ita Dominus prodeundum, vt mente carnis inflatos, vacuösque virtutis interno viros, & fragili se gloria secularis sublimitate iactantes, pro exemplari quodam, & imagine nobis putemus imitandos, quos procellis mundi huius obnoxios vita mobilis inquietat, iure arundini comparandos, in quibus solidæ iustitiae nullus est fructus, qui forensibus criniti phaleris, nodis obsti, vacuo oris strepitu sonori, nulla sui utilitate, frequeti etiam offensione, intus inania, foris speciosa seellantur. Itaque inter tales, quod ad studium virtutis attinet, non minus solus eras, quam inter vacuos, & perstrepenes arundines, que ob innatae fragilitatem, neque fulcire te possunt, neque vicem armorum præstare, neque tibi in aliis virtutis usum deseruere.

C Habet ergo mundus hanc deserti proprietatem, quod solitarius est, & inhabitabilis, quia non ab hominibus suam dignitatem agnoscentibus, sed utilitatem brutorum animalium seellantibus habitatur. Quare lepidè ille philosophus face accensa in frequentissima ciuitate, & in plateis hominum plenis, hominem querit, innuens illos non esse homines appellandos, qui rectitudine iustitia posthabita voluptatibus, & pernitiosè cupiditati se tradunt.

Est etiam mundus instar deserti incommodatibus multis refertus, bonis vacuus. Quæ enim commodatibus, aut quæ bona ad vitam secundum virtutem faciendam necessaria, in ipsa vanitate, quæ bonorum est priuatio, possimus inuenire. At vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et Dauid: Verumtamen vanuera vanitas omnis homo viuent.] Quod si homines, qui magis ad virtutem iuare nos debent, vanitas sunt, quia omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum quod ex aliis rebus mundanis, & honoribus scilicet, diuitiis, & voluptatibus adiumentum accipiemus. Certe nullum, omnia mundana nos impediunt, omnia nos vincunt, ne curramus in cœlum, ne hostium nocturnum manus fugiamus. In medio illorum tamquam in medio vexrum, & tribulorum constituti, non occasiones exercendi virtutes, quæ sunt bona summo conatu exoptanda, sed incitamenta peccatorum & seminaria curarum, quæ nos veluti spina pungant inuenimus. Non aliiquid constans, & stabile nostram imbecillitatem fulcens, atque sustentans, sed omnia fluxa, & caduca, quæ (si inquit super illa) cadant, & consummentur, & sunt cause nostra ruinæ, possidemus. Vnde Ioannes Damascenus: Valde abhorremus (ait) corruptibilia haec, & mortalia vita negotia, in quibus nihil potest inévitum firmum, neque planum, neque stabile in se ipsis, sed vanitas sunt omnia. & afflictio spiritus, multas in puncto ferentes transmutationes. Somno enim & umbra, & aura per aërem flante sunt fragiliora, minimaque

Amb. lib.
s. in Lucā
in illud,
Quid exi
bis in de
seriū vi
dere. c. 7.

Eccles. 1.
I. Psal. 38.
6. Psal. 33.
3.

Damas.
libr. de
Palæon.
c. 12.

inest eis gratia, & neque gratia, sed error quidam, & seductio malitia mundi, quæ non diligere, sed potius odire ex corde præcipimur.]

Sicut autem loca incommoda, & rebus ad vitam transigendam necessariis destituta, solent esse infelicia, & male fana, in quibus homines variis ægritudinibus afficiuntur: ita in saeculo viuenteris commodis ad virtutem vacuo, omnes mundani grauiissimis morbis laborant. Nam vita, & peccata quibus subiacent, quid nisi morbi, & ægrotationes sunt? Audi Iffiam hoc affirmantem. A planta pedis usque ad verticem: non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.] Audier & Prudentium, qui ita Beatum Laurentium præfectorum urbis loquentem introducit.

Prud. l. 2.
Porphyri.
hym. 2.

*Quemvis tuorum dimitum,
Qui veste & ore præmit,
Magis probabo debilem,
Quam quis meorum est pauperum.
Hunc, qui superbit serico,
Quem curras inflatum vehit,
Hydrops aquosus, lucido
Tendit veneno intrinsecus:
Ait hic auarus contrahit
Manus recurnas, & volam
Plicans adamcis angubus,
Laxare nervos non valet.
Istum libido fetida,
Per scorta trahit publica,
Lute & cloacis inquinat,
Dum spura mendicas stupra.
Quid illi feruens ambiuit,
Sistique honoris astuans,
Mersis ne anhelat febris.
Aique igne venarum furit?
Quisquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere,
Vexatur, & scalpi iecur,
Scabiæque cordis suffinet:
Quid inuidorum pectorum
Strumas retexam turgidus?
Quid purulentia, & linda
Malignitatem vulnera?
Tu te ipse, qui Roman regis
Contempnor eterni Dei
Dum demonum fortes colis,
Morbo laboras regio.*

Luc. 8. 7.

Hæc Prudentius, non minus verè, quam eleganter. Isti enim omnes pestilentibus morbis laborat quos oportet fugere, ne nos contagio scelerum suorum inficiant. Sed proposito inter illos fatuus erat ab ægris tam grauioribus præsidia sperare virtutis: quia æger & semimortuus non est idoneus auxilium præbere, sed magis ab aliis accipere. Est ergo mundus re vera omnibus bonis desertus, & hominibus vacuus, qui hoc nomine hominum digni censeantur. In his autem omnia alia deserti incommoda sunt comprehensa. Quis enim neget mundum locum esse sterilem, liquide nec arato compunctionis proscinditur, nec semina doctrinæ recipit, nec fructus operum bonorum producit? Quod si quando semini ei diuini verbi committitur, natum arer, quia non habet humorem, aut ab spinis sollicitudinem suffocatur, aut a volucribus aëris huius, id est, ab aduersariis nostris comeditur. Quis ambigat locum esse spinis, tribulisque refertum? Nam & curæ, & tribulationes assidue, spinæ sunt, quæ miseram animam pungunt, atque dilacerant. Quis non videat frigori, ac ætui patere? ætus quippe est ardens amor

Io. 1. 19.

temporalium, quæ in Iohannem vocat consumente specie, deferti & frigus, inordinata tristitia, quæ homines non asequentes, quæ volunt, contrahit, & vi mœroris consumit. An non habitaculum bestiarum est, quod est domicilium peccatorum, & eorum hominum, qui (vt diximus) more bestiarum passionibus raptatur, & in eos, qui miseros cohibent, crudelitatem deserviunt? An non locus meticulosus, & inaquosus, in quo (vt dicitur in Deuteronomio) est serpens flatu adurens, id est, immoderata cupiditas, & scorpio, id est, caro nostra blandiens, ac diuersus, id est, Diabolus latenter percutiens, & nulla omnino aqua, quia res temporales haud quaquam fit in nostri cordis extinguunt? An denique non locus deuici, ubi mundani viam civitatis habitaculi minimè inuenient? Vtinam vel viam haberet ipsum desertum (inquit Augustinus) Vtinam illuc homo incurrens, vel nosset, quia inde exiret. Non videt hominem ad solarium, non videt viam, qua careat deserto. Ergo ibi diuertit? Vtinam esset vel aqua, vnde reficeretur, qui inde non potest exire.] In hoc igitur spirituali deserto, tam solitario, tam hominibus vacuo, tam periculis pleno, tam omnibus bonis destituto, non mirum, o anima mea, si non percipit super te oculus, vt faceret tibi unum de his, miserritus tui. Sapienter igitur fugisti desertum istud, feliciter in locum quietis, & pacis peruenisti, ubi sunt, qui te iuuent, ac foueant, qui te doceant, & induant, & ab imminentibus tueantur periculis.

Datu.s.
15.

Pf. 106.4

Aug.Psa.
62.

*Quam vilis & abiectus sit homo, qui
mundana sectatur.*

C A P V T X.

OLENT pauperes, & nobilitatis, opum, ac amicorum præsidii destituti habeti contemptui, & ab omnibus spreni, irrideri, ac conculari. Quia hæc est antiqua mundi consuetudo (ob quæ profectò sola esset fugiendum) quod nemine propter seipsum diligit, aut honore afficit, sed propter diuitias, quas possidet, propter vestes, aut corporis amictū quo splendet, propter familiaritatē aut amicitiā principiū, in quam se ipsum insinuat, vel propter sodales, & amicos nobiles, quorum fauore, & potentia fulcit. Hoc autem mundi malum, non solum diuina fide perfusi, mēte sumus asequi, sed ethnici quoque in magnam quandam ignorationem prolapsi, cognoverunt. Quare memoria proditum est, philosophum quedam contemptibili habitu amictū à domo principis non sine irritione repulsum, habitum vilem in alium pretiosum, ac splendidum commutasse. Quo indutus, cum statim nō sine honore in palatium esset admensus, palliū, quod gestabat osculari cœpit, dices: Honorantem honoro, quia, quod virtus non potuit, vestis obtinuit.] Hanc verò mundanorum consuetudinem ignorantia subnixam, Dominus à cordibus suorum fidelium radicatus extirpare dispositus, cum dixit per Iacobū Apostolum. Si introicerit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens, in ueste candida, introicerit autem pauper in fôrdo habitu, & intendantis in eum, qui indutus est ueste præclarā, & dixeritis ei, tu sede hic bene, pauperi autem dicatistu sta illi, aut sede sub scabelo pedum meorum, nōne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?] Hac oratione eos damnans, qui (quod attinet ad interiorum reverentiam & estimam

Ia. 1. 1. 2.

tionem)